



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXIII. An Sanctorum Reliqviæ sint venerandæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

vit usque in finem opera mea, dabo illi potest
statem super gentes, & reget eas in virga ser-
rea: Meo scilicet exemplo. Apoc. 3. Qui vi-
cerit, faciam illum Columnam in Templo
meo. &c. Dabo eis sedere mecum in Throno
meo: sicut & Ego vici, & sedic cum Patre meo.
At ego tam singulorum res ac vota pro-
curo, quam vniuersorum: Ita & Sancti
mei mecum. Faceant igitur eos incel-
sere profani.

V. P. è & utiliter inuocari Sanctos, meus indicat Job. 5. Voca, si quis est, qui tibi respondeat & ad aliquem Sanctorum conuertere. Et ipse ad Angelos clamat, c. 19. Miseremini mei vossilem Amici mei. Ideo, c. 33. inquit: Si fuerit Angelus loquens pro te, unus de milibus miserebitur eius, & dicet: Libera eum. Pium erat votum & precatio Iacob, Gen. 48. Innuo-
etur nomen Meum super pueros hos, & nomina Patrum meorum.

DICUNT Cacozelotæ, Christum per alios potius, quam sine alijs solum ipsū metu rogarī: esse mihi iniuriam irrogari.

Ego verò dictum hoc, maledictum duco, ad insignem iniuriam meam.

1. Siccine, quem honorem mihi Centurio fecit, cum personores me supplices adibat, Luc. 7. Iti ad iniuriam meam verterint?

2. Ni misingrati interpretes, & iniuri! 2. Paulus, Rom. 15. ad iniuriam meam pro se apud me deprecationes fieri à Fidelibus postulasset?

3. Minus Sancti mei possent in celis quam in terris Moyses, qui meritò gloriabatur, Deut. 5. Ego Sequester & medius fui inter Dominum, & vos? Me & mihi Mediatura manet nihilo minus integra: ni-

hil ei derogant, quin arrogant illi Sub-
mediatores mei. Horum ego rogatu,
Heb. 7. accedo per memetipsum ad Deum,
semper viuens ad interpellandum pro vobis.

Sed vide quemadmodum agant me-
cum pseudoxani: Iam negant me ado-
rari oportere; *suprà q. ii.*

Mox queruntur, Inuocatis Sanctis in-
tercessoribus, honori meo derogari:
Rursus volunt meam etiam Humanita-
tem versam in Deum, ac deificatam
esse; *suprà q. 6. 9.* Iterumque negant me
verè Deum Dei Filium unum cum
Patre, & æqualem Patri credi debere,
sup. q. ii. Qui talia in Magistrum; quæ
non in Discipulos eius audebunt? Quo
mirandum minus; quod veros Mei, Sa-
ctorumque adoratores culpent ut ido-
latras: ut iij videantur, qui non sunt, veri
Adoratores.

QVÆSTIO XXIII.

*An Sanctorum RELIQUE sint ve-
neranda?*

XLVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTAE Sacras reliquias
abolendas censem, vt ossa profana, & te-
ductiones plebis. Vide in mea Gen. p. 1. q. 22.
& in Lutherocalv. p. 1. q. 78.

CHRISTVS. I. Hæmorrhœstæ,
Mat. 9. & turbæ ægrorum, Mat. 14. vc-
stis meæ fimbriam tetigisse reuerenter,
saluti fuit: idemque per mihi gratum,
vt factum miraculi dignitate voluerim
commendatum.

II. Deinde quia promisi, Ioan. 14.
Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse
faciet; & maiora horum faciet: idcirco vel

D

vm-



ymbra Petri, *Act. 5.* quos tangebat, ægros per sanabat in plateas expositos. Pauli quoque sudaria & semicinctia, *Act. 19.* ad ægros delata tactu sanitates faciebant.

III. Meum verò *Sepulcrum*, tum aliis ab causis, tum reliquiarū Sanctitatem ac veneratione gloriosum fore prædixit ve-
rè Isaías, c. II. Id quod sic recte interpretatus & expertus est S. Hieronymus; qui gloriam sepulctri Dominicī sat admirari, venerarique nequibat.

IV. Quod si honorēm istūm Sancto-
rum ossibus debitè liciteq; exhibitum
voluit Deus in Veteri Testamēto: quā-
to iustius ille defertur meorum Amico-
rum reliquijs in Testamento gratiæ?

1. Merito suo laudatur Moyses; quòd
Exod. 13. secum ossa Iosephi exportarit
in locum terræ sancte dignorem: Qua-
lis hodie Sanctorum translatio ratione
multò iustiore frequentatur in hono-
rem meum, Patrisq; gloriā insigniorē.

2. Quin Deus ipse Moysis sureli-
liquias honorauit sic, vt in secretiorem
eas tumulum inferret. *Deut. 6.1.*

3. Mortuos suscitare, solius Dei est;
cui verò eandem donarit gratiam De-
us, permagni honoris est argumentum.
Atqui eo Deus, 4. *Reg. 13.* ossa Heliæ
fuit dignatus, ad mortui suscitationem
solo tactu fortuito procuratam.

4. Rex Iosias Idololatrarum fana, &
sepulcra euastabat, ossibus in cineres re-
dactis; At solas prophetæ sancti reliquias
sancte iussit affluari. 4. *Reg. 23.*

Quòd detestabilior blasphemia est
Lutheri in l. de abolenda Missa: Deo, a-
iebat, nihilo maior cura est de Sepulcro suo,
quam de bobus.

QVÆSTIO XXIV.

*Sanctorum IMAGINES an, & quatenus
sint veneranda?*

XLIX. ANTICHRISTIANISMVS.

VTHERANI aegrè, CALVINIANI minimè
vel tolerandas esse volunt: Neutri verò vel
tantillum venerandas pernegant, quin & om-
nem earum cultum detestantur. Docuit in meo
Lutherocalu. p. I. q. 7. Mendace *Antipap. p. I. q. 7.* &
in Genealog. p. I. q. 24.

CHRISTVS. Sacri sacris deben-
tur honores. Religionem autem rebus
facit aut sua ipsarum conditio sacra, vt
est Verbum Dei, & S. Sacramenta; aut
institutio autoritasque virorum sacro-
rum, & finis rerum: vt imagines meæ
atque Sanctorum.

1. Hisce Signis quia reuerentia Chri-
sti ac Cœlitum proponitur; ijsdem reli-
gioſa quoque reuerentia debetur, quæ
in rem significatam ritè referatur. Sic-
ut precepit, *Mat. 5.* *Nolite iurare per Cœlum,*
temerè; quia *thronus Dei est;* neque per ter-
ram, quia *scabellum est pedum eius.*

Sancte iurare licet, quia actus reli-
gionis est, Deo primariò debitus, se-
cundariò terræ vel cœlo, vt Dei creatu-
ris, quatenus relationem habent ad De-
um. Sic & cum sacris imaginibus res ha-
bet.

2. Quod si creature censemur San-
ctæ ob relationem suam ad res sacras,
quibus adhibent: 1. Vt *Exod. 3.* *Locus, in*
quo stas, terra sancta est; ob Angeli sc. pre-
sentiam. Vt *Exo. 12.* *Dies Pasche sancta &*
venerabilis erit; ob significationem Agni.
Exod. 28. *Vestes sanctæ Sacerdotum;*

Ifa.

